

monasterium sanctimonialium in Nymczchen Merseburgensis diocesis devote fuis orationibus *circuerint^c) seu eidem monasterio suas elemosinas fuerint elargiti, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius confisi suffragiis quadraginta dierum indulgencias de iniunctis eius penitenciis misericorditer in domino relaxamus, 5 dummodo consensus dyocesani ad id accesserit et voluntas. Et nos Gebehardus dei gracia episcopus ecclesie Merseburgensis predictam indulgenciam approbamus ac eam in dei nomine presentibus confirmamus; omnibus vero, qui premissa seu aliquid premissorum devote adimpleverint, similiter eo modo, ut premittitur, quadraginta dierum indulgencias de iniunctis eius penitenciis misericorditer in domino relaxamus. Datum anno domini 10 M° CCC° XXXVIII° in crastino beati Stephani pape et martiris.

324.

Albrecht der Aeltere, Burggraf zu Leisnig, eignet dem Kloster Nimbschen testamentarisch die Mühle vor dem Dorfe Windisch-(Klein-)Bothen mit allen Rechten, Gerichten und Erträgnissen unter Beifügung des Wunsches, daß er mit seiner Gemahlin, seinen Vorfahren und Nachkommen in die 15 Brüderschaft des Klosters aufgenommen und aller guten Werke desselben theilhaftig gemacht werden möge. 1339 Mai 13.

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 2829. Das wohlerhaltene S. an Pergamentstreifen.

Nos Albertus senior burchravius de Liznik — presentibus publice profiteamur, quod nos — nostrorum heredum feodaliu consensu, nostrarum omnium ac successorum 20 sive progenitorum nostrorum ob salutem animarum, molendinum ante villam, que Windischen Bathyn nuncupatur, cum omni iure et iudicio utilitate cunctisque proventibus, veluti ad nos pertinebat, testamenti nomine obtulimus super altare beate Marie semper virginis conventus sanctimonialium in Nympschen: damus igitur et presentibus resignamus domine nostre Elizabeth eiusdem conventus abbatisse dictum molendinum communi 25 que suo collegio nec non earum posteris cum omni iure, prout ante fatum est, perpetue possidendum, hoc tamen addito, quod nos, conthoralis nostra Sophia, nostri etiam progenitores sive successores ab eisdem fraternitatis gracion consequentes suorumque simus participes piorum meritorum. Ut autem ista evo tempore certa et firma valeant permanere, predicto conventu[i] presentem litteram assignavimus coram honorabilibus viris Henrico 30 scilicet Marschalko de Vroburch milite et domino Iohanne plebano in Houechin et Ottone de Koteriz et Bertoldo dicto Holoufer nostri sigilli munimine roboratam. Datum et actum anno domini millesimo trecentesimo tricesimo nono in die sancti Servacii episcopi et marthiris.

323. c) circuerint.